

_Lettera_N_0367

Al chierico Michele Rua

*S. Ignatii apud Lanceum taurinensem, 26 julii 1858

Fili mi,

Gaudium et gratia Domini Nostri Jesu Christi sit semper in cordibus nostris.

Nonnulla monita salutis postulasti; libenter faciam et paucis verbis.

Scito ergo et animadvertite quod non sint condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis. Ideoque hanc gloriam incessanti animo et labore quaeramus.

Vita hominis super terram est vapor ad modicum parens; vestigium nubis, quae fugit; umbra quae apparuit et non est; unda quae fluit. Bona igitur huius vitae parvi habenda, caelestia studiose optanda. Laetare in Domino: sive manduces sive bibas, sive quid aliud facias, omnia ad majorem Dei gloriam facias.

Vale, fili mi, et deprecare pro me ad Dominum Deum nostrum Tuus consocius

Sac. Bosco